Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

I. De presbyteris qui immolauerunt tempore persecutionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Visual Library

ANNO CHRISTI 314.

pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.

XVI. *De his, qui in pecudes vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt.*

XVII. *De his, qui ad Epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti.*

XVIII. *De his, qui virginitatem profeſſi ſunt, & quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur.*

XIX. *De his qui adulteras habent vxores, vel ſi ipſi adulteri comprobentur.*

XX. *De his, quæ partus ſuos ex fornicatione diuerſis modis interimunt.*

XXI. *De homicidiis.*

XXII. *De his, qui ſponte homicidium commiſerunt.*

XXIII. *De his, qui diuinationes expetunt.*

XXIV. *De his, qui virginum corruptionibus conſentiunt.*

CANONES.

I.

PRESBYTEROS immolantes, & iterum luctamen adeuntes, ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex veritate fecerint, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis ſubiici, quo facinus pati viderentur inuiti: hos ergo placuit honorem quidem ſedis retinere; offerre autem illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis fungi, non liceat. Diſt. 50. Presbyteros qui.

II.

Diaconi ſimiliter qui immolauerunt, honorem quidem habeant: ceſſare vero ab omni ſacro miniſterio, ſiue a pane, ſiue a calice offerendo, vel prædicando. Quod ſi quidam Epiſcoporum conſcii ſunt laboris eorum, & humilitatis, & manſuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, penes ipſos erit poteſtas. Diſt. 50. Presbyteros qui immola.

III.

Qui fugientes comprehenſi ſunt, vel a domeſticis traditi, vel ademptis facultatibus ſuſtinuere tormenta, aut in cuſtodiam truſi, proclamauerunt Diſt. 50. Presbyteros.